

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Bernhard Barnstorff

**Programma Qvo Ad Funus Qvod ... Dn. Caspar. Matthaeus Mullerus J.U.D. Ac  
Prof. Publ. Unicæ ... Filiolæ Margaretæ Catharinæ A Meridie Paratum Habet  
Patres Ac Cives Academiæ Studiose Invitat**

Rostochii: Wepplingius, [1703]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768236398>

Druck    Freier  Zugang



Barnstorff, B.,

in

*M.C.*  
~~C.~~ M. Müller.

Rostock, 1703.

13







PROGRAMMA  
 QVO  
 AD FUNUS  
 QVOD  
 EXCELLENTISSIMUS AMPLISSIMUS  
 AC CONSULTISSIMUS  
**DN·CASPAR·MATTHÆUS MULLERUS**

J. U. D. AC PROF. PUBL.

UNICÆ ATq. OB. ID. MULTO. DESL-  
 DERATISSIMÆ FILIOLÆ

**MARGARETÆ  
 CATHARINÆ** *not. Biemannus,*



AMERIDIE PARATUM HABET  
 PATRES AC CIVES ACADEMIAE  
 STUDIOSE INVITAT  
**BERNHARDUS  
 BARNSTORFF**

HODIE UNIVERST. RECTOR

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



On judico mihi hodie prolixo labore  
randum fore , circa argumenta , aut  
speciem ipsis concilianam ; qvo Pa-  
tres Academiæ cum VIRO AM-  
PLISS. &c. JCTISSL. DN. CASPAR  
MATTHÆO MULLFRO. J.U.D.  
ac PROF. PUBL. FAUTORE NO-  
STRO ATQVE COLLEGÆ AËS-  
TIMATISSIMO in gravissimi luctus

societatem adducam. Per solum etenim , quo illos com-  
pellavi, nomen sicubi ipsos obtestatus fuero : acta jam fore  
omnia existimo & concludata. Illius sane nominis, quo-  
quot five natura, five cura sumus, five doctrina etiam paren-  
tes, adeo consuevimus tenaces esse, ut quicquid potius quam  
illud nobis eripi malimus. Ei sane nobis servando tam in-  
vigilamus anxie tam nostrummet sœpæ defraudamus ge-  
nium , tam qvæ nos capere pro superioris vitæ molestias  
aut dura conditione primas ætatis capere oportebat, à pro-  
le intercipi non patimur modo , sed cum quadam animi  
voluptate id omne eo convertimus. Fingat jam sibi , qvis-  
quis hæc ita esse agnoscit, vel unica clade omnem sibi prolem  
extingui ; vel quod multo est acerbius repetitis per vices  
ictibus mortem sua quasi invadere visecra ac sensim cor ipsum  
exedere: donec tandem universa expiret familia. Ferreus  
sit oportet & è durissimo silice venas habeat & sanguinem  
ipsa brumali glacie gelidiorem : cui ea cogitatio ægerrime  
non faceret. Namque naturam ita exuere & prorius igno-  
rare velle , quod jucundum sit sobolem habere, gravissimum  
habuisse , qvod si reqviras à theologo : crederem non minus  
ad id stupidam fore & ignavam voluntatem quam in myste-  
riorum concepta intellectus. fin velis à philosopho discere:  
is sane non tam affectus exuendi quam aliquo modo dissimu-  
landi

landi præcepta daturus est, quæ intra animum suum nunquam didicit. Denique Jurisperitiæ ad Medicinæ propria sunt principia tueri suos, suum vindicare aliosque servare velle. Enimvero qvod si de his rebus sola cogitatio interdum implicat mentem nostram neque leviter divexat: quanto acerbiorem rei sensum esse existimat! Leve est illud, quod non manu comprehensum habetur vitæ præsentis bonum, & quæ sola cogitatione prospicimus mala aut sponte comminiscimur, mentis oculos quam maxime fallunt. Herroas nos esse putet & neque metu neque sensu neque habitu cuiusvis mali per territos: quisquis aliquando nos, dum prospera procedunt omnia, de tolerantia adverfarum rerum deque tranquillitate animi contra omnem vitæ molestiam tam acute audiat philosophantes, tam pectus bene præparatum, tam constantem nobis animum jactantes. Sed quæ nobis metu solum imaginamur mala, non ea magis diurna sunt, quam cogitationibus istis vacare nobis non est tædio: hoc etenim quando nos capit, dum missas facimus hasce molestias & tristitiaæ finis cum ipsa cogitatione adest. At ipsa calamitas adeo est pertinax tamque imperiosa: ut non tam accipiat leges quam præscribat neque tam facile deserat voluntem, quam consequatur maxime invitum. Illud autem si ad calamitatem insuper accedit, ut ea non simplex sit, sed sub eadem plane specie iterum redeat ac rursum insurgat, ac retorcurrat denuo; illud demum est in quo desudare possit præsentissimus quoque animus & non nisi ægerriè eluctetur. Sane ea est in corpus recidui acutioris morbi natura ac vehementia, ut non facile vincatur, & rarissime arti cedere soleat. Sed qui per intervalla in eundem relabunt luctum illi cum antea hanc quæcunq; excogitari potuerant solatii præfidia fuerint, apposita; dehinc vulgaria existimantur, & ægre sufficiunt. Quæ reputantes omnia hodie facere

Ceterè neutiquam possumus quin in ista die Mullerianæ genit  
ti plus satis esse materiæ ad lugendum agnoscentes; illi addi-  
camus mutui doloris nostri studia, atque impennisima pro-  
tanti vulneris remedii vota adjungamus. Vos autem, Ci-  
vites Svavissimi, quia præsens illud funus nobiscum acerbius  
laturi essetis, si superioris argumenti vis ad vos spectaret,  
ita quidem persuasissimum habete: ex ista jactura eademq;  
toties reiterata tantopere paternum adfligi pectus, quam vo-  
bis accidere posse creditis, si quando funera paterna aut iis  
proxima animo vestrò repræsentatis. Obtusior certe  
evadit ille dolor, quem parentum obitus infigit: quia ple-  
rique non tam vitæ autorem quam vitæ præsidium & su-  
stentationis instrumenta sibi erepta esse vident. Sed quia à  
liberis nil habent, quod expectandum sit, parentes quam  
eos, in quibus recumbere possit amor illorum & cui bonare  
inqui olim possint omnia: certe nihil tum, ubi eripiuntur  
talia pignora aliud habet quod agat, nihil quod præterea do-  
leat paternus animus quam unicum ac simplicem luctum. Is  
qviam solus in sauciam mentem dominio pollet, tantam  
exercet tyrannidem tamq; fævit; ut nihil possit tam dici  
triste ac durum, qvin adhuc minus dixisse videaris. Ignor-  
scat mihi is, qvi proh dolor hodie vera esse sentit, qvæ ego  
haec tenus scripsi, qvod penitus atq; incautius forte conti-  
gerim ejus animum ex ea parte, qvæ ipsi maxime dolet. E-  
quidem illud facile agnosco non probe ad consolandum sub-  
ducta ratione scribere illos, qvi cum lugubre qvidpiam con-  
signari debet, in eo exercent scribendi facultatem, ut lu-  
gubrum exaggerent, & dolorem qvam copiosissime circum-  
loquantur. Ego tamen medicorum eodemq; meo more  
egi: qvi ita fert, ut non possit sanari vulnus aut religari, qvin  
prius illud universum retexeris, priora evulferis phar-  
maca

5190

maca & confidentius id ipsum correctaris. Atque videtur  
mihi etiam, quoniam qui in luctu sunt, si alios intelligunt, exinde aliquale sibi solamen efficiunt: eos tum  
multo efficacius hoc salatii genere uti, quando revera atque  
intime alios vident luctum aestimare. Propter id ipsum  
etiam existimo penitus mihi fidem habiturum esse mo-  
stissimum parentem, quando pro tanto, quem adeo per-  
spectum mihi exploratum est deprehendit, luctu ipsi  
uberrimam divinæ consolationis virtutem appreco: quo  
discat DEO ita volenti concedere; ex beatitudine, quam  
filiola nunc obtinet, firmissimum capere solamen; atque  
orbitatem eo argumento revelare, quod tot jam cœlo hæ-  
redes tradiderit. Nunc autem faciam quod hoc genus  
scripturæ postulat, & de vita item ac obitu teneræ virginis  
pauca ad vos referam. Genuit illam is, qui nomine  
& meritis in academiam tum quidem per moralis philo-  
sophiae hodie per Juris publicam doctrinam celebratissimus;  
ex Nobilissima CATHARINA ELISABETHA BIER-  
MANNIA filia Consultissimi, Amplissimiq; Domini  
HENRICI BIERMANNI, J.U.L. atque augustæ Svecorum  
REGINÆ CHRISTINÆ à Provincialis Judicii per Po-  
meraniam præsidio, ex ANNA ARNOLDIA, quæ gens  
immortalis apud nos memoriæ, suscepta: quæ sane si or-  
dine naturæ fata fluxissent beatæ virginis, olim eandem  
penitus adultam elocatam atque variis auctoribus  
fati necessitate relinqvens, lauta per quam hæreditate in-  
ipsam potuisset transmittere omne virtutum genus, quibus  
ipsa abundat penitus. Enimvero tanto accidit utriusque pa-  
renti hoc funus acerbius magisque lamentabile; quippe  
quintum nunc simili jactura afficiuntur: & quam è seqviori  
Sexu Unicam solamque sibi remansisse hactenus gaudebant

)( 3

pro.

prolem, eam post quinque, jam paratas liberis tuis exequias  
nunc efferendam habent. Quamquam, dummodo ex re-  
centi isthac plaga convalescent, non dubito, quin ita ani-  
mum sint inducturi: Satis esse, quod DEO optimo ma-  
ximo, (cui sane soli fieri debet & sacrum esse, quicquid libe-  
rorum suscipimus, educamus, alimus atque amamus,  
quaes fidei commiserat, illibata ac intermerata tradiderint;  
& prolem teneram, antequam e seculi contagio vitia con-  
traxerit, ingenuam ad meliores transmiserint. Est inter  
illos, & quasi stella primae magnitudinis emicat ~~Θεολογια~~ HENRICUS MULLERUS: Cui quidem Viro quantum  
nostra debeat ætas tum demum fiet ut appareat, quando  
eundem cœli fulgore circumfusum penitus atque involu-  
tum conspicabimur. Is autem nostræ avus est, ex MAR-  
GARETA ELISABETHA SIBRANDIA. Mulleri-  
anum atque Sibradianum nomen in generis deprædicant  
dosplendore sufficiunt mihi si quidem non in majoribus, sed  
in maximis apud nos nominibus locum habent. Adspexit  
illalucem Nonis Decembribus A. 1696. atque statim paren-  
tibus delicias, generi lavavissimum nomen, singulis qui  
(quod de omnibus meruit familia) Mulleriano nomini bene  
cupiant lavave spectaculum, ipsique ecclesiæ atque cœlo  
novellam civem attulit. Sexennium ergo est cum quatuor  
mensium (si triduum adimas) excessum quod vixit. Parum;  
sed satis tamen: quia bene vixit & beate mortua est. Di-  
ceres sane eum brevi hoc temporis decursu tamen vitam  
ejusque pleniores expleuisse numeros. Cum primo anno  
infantiam depositus: cum secundo autem ex ephebis quasi  
egressa in solidiore paterni amoris ipem adolevit, cum  
tertio anno virilem quasi ætatem depositus; quippe initiata  
rudimentis fidei Christianæ iisque tum aliquatenus con-  
cep

ceptis quasi Christo Servatori nubilis evasit: quarta ætas  
seqventi anno continetur, quo omnia jam firmatoria  
habuit probæ indolis ac optimæ spei indicia: Qvinto au-  
tem anno qvasi deteri cœperunt vires ac pristinus vigor  
deficere; qvando prima semina exitialis morbi passim emer-  
ferunt: e lexto deniq; annno, qui ipsi fere perpetuo ægræ  
agendus fuit, qvasi ex prostrata Senectute properavit ad  
mortalitatis terminos, atqve intra tot monades annorum  
his vitae miseriis defuncta fuit, qvot aliis annumerantur  
vulgo annorum decuriæ. Dicere nunc possem, qvantus  
in illa fuerit decor, quanta in moribus elegantia, qvanti  
in verbis lepores? quam svaves paterno pectori complexus,  
quam grata manibus oscula, qvam festivos oculis atque  
animo lusus dederit, qua vultus præstantia, quibus erga  
domum ingressos blandimentis, qua adversus omnes gra-  
tia fuerit; quoties ipsa vel svavi gestu, vel venusto riſu,  
vel molli joco abſterſerit paternas curas mentemq; mole-  
ſtiis occupatam demulſerit. Atq; his multa plura affer-  
rem, si ea fine exqvistissimo Parentis dolore posset fieri  
commemoratio. Parcam affectui ejus, atqve vobis mo-  
do adhuc, qui tenera virgo mortem oppetierit, recensebo.  
Trimestre jamdum est, quod primum non tam male ha-  
bere, quam morbo pleniori impeti cœpit: qvi principium  
habuit ex verminosæ materiæ ac humorum acrīum in-  
intestinis ſeaturigine: Hinc ſtomachum atq; intestina acutis  
ſimis cruciatibus lape exerceri tentiebat; qvocum diarrhæa  
freqvens, crebri ad vomendum impetus, nauſea jugis, per-  
petua præcordiorum anxietates, vehementiores ſingultati-  
ones, pruritus narium, invadens per intervalla febris, ardo-  
res continui qui partes masculofas de pascebant plane atq; alia  
conuncta fuere accelerandæ mortis instrumenta: quæ  
cum

cum levia quædam præcessissent deliria , terrores in somno  
animiq; deliquia , nulli medicinæ locum facientia tandem  
altera hujus mensis die in domino ipsam occupavit , & cœlo  
tradidit . Nihil ergo fecit ista fati inclemens mœstissimis  
parentibus reliquum circa mellitissimam unicamque  
filiolam , quam ut eam solenniter atque quanta fieri po-  
test ac debet celebritate sepeliant : Quod ipsum cum fieri  
ab ipsis possit tanto facilius , si vos omnes adfis in funere  
atque in exequiis procedatis . Proceres ac Cives univer-  
sos meæ civitatis oro rogoque : ut a meridie frequentes  
adsint , atque sic luctuosum illud funus , Amplissimæ fa-  
miliæ MULLERIANÆ desiderium , suæque  
mortalitatis præsens exemplum  
conlequantur .

P. P. Sub Sigillo Rectoratus  
A. 1703. Ipsiſ Eid. April.


*Conventus est in ade Basilica hora I. pomeridi.*













Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com

VierFarbSelector Standard \* - Euroskala Offset

prolem, eam post quinque, jam paratas liberis  
nunc efferendam habent. Quamquam, dum  
centi isthac plaga convalescent, non dubito  
mum sint inducturi: Satius esse, quod DEC  
ximo, (cui sane soli fieri debet & sacrum esse  
berorum suscipimus, educamus, alimus at  
quæ fidei commiserat, illibata ac intermerata  
& prolem teneram, ante quam e seculi contagia  
traxerit, ingenuam ad meliores transmiserint  
illos, & quasi stella primæ magnitudinis emicent.  
**HENRICUS MULLERUS:** Cui quidem V  
nostra debeat ætas tum demum fiet ut appa  
eundem cœli fulgore circumfusum penitus  
tum conspicabimur. Is autem nostræ avus  
**GARETA ELISABETHA SIBRANDI**  
anum atque Sibradianum nomen in generis  
dosplendore sufficiunt mihi si quidem non in  
in maximis apud nos nominibus locum habe  
illa lucem Nonis Decembribus A. 1696. atq  
tibus delicias, generi fravissimum nomen  
(quod de omnibus meruit familia) Mulleriano  
cupiant frave spectaculum, ipsique ecclesia  
novellam civem attulit. Sexennium ergo est  
mensium (si triduum adimas) excessum quod v  
sed fatis tamen: quia bene vixit & beate mor  
ceres fane eum brevi hoc temporis decursu  
ejusque pleniores expleuisse numeros. Cum  
infantiam depositum: cum secundo autem ex  
egressa in solidorem paterni amoris ipem a  
tertio anno virilem quasi ætatem depositum: q  
rudimentis fidei Christianæ iisque tum aliqui

ceptis quasi Christo Servatori nubilis evasit: qvarta ætas  
seqventi anno continetur, quo omnia jam firmatoria  
habuit probæ indolis ac optimæ spei indicia: Qvinto au-  
tem anno qvasi deteri cœperunt vires ac pristinus vigor  
deficere; qvando prima femina exitialis morbi passim emer-  
serunt: e lexto deniq; anno, qui ipsi fere perpetuo ægræ  
agendus fuit, qvasi ex prostrata Senectute properavit ad  
mortalitatis terminos que intra tot monades annorum  
his vitae miseriis a fuit, qvot aliis annumeratur  
vulgo annorum. Dicere nunc possem, qvantus  
in illa fuit, moribus elegantia, qvanti  
in ve- paterno pectori complexus,  
am festivos oculis atque  
ræstantia, quibus erga  
adversus omnes gra-  
tu, vel venusto riſu,  
s mentemq; mole-  
multa plura affer-  
lorem posset fieri  
us, atq; vobis mo-  
in oppetierit, recensebo.  
a primum non tam male ha-  
ori impeti cœpit: qvi principium  
ha- te materiæ ac humorum acrum in-  
inte- engine: Hinc stomachum atq; intestina acutis.  
simis culbusa pe exerceri sentiebat; qvocum diarrhæa  
freqvns, crebri ad vomendum impetus, nausea jugis, per-  
petua præcordiorum anxietates, vehementiores singultati-  
ones, pruritus narum, invadens per intervalla febris, ardo-  
res continui qui partes masculofas de pascebant plane atq; alia  
conjuncta fuere accelerandæ mortis instrumenta: quæ  
cum

